

AD .R. IVLIVM MEDICEM FLORENTINVM
TT. SANCTI LAURENTII IN DAMASO

CARDINALEM PATRONVM COLEN-

DVM: IO. BAPTISTA PIVS BO-

NONIENSIS CLIENS.

OGITAVI mecū, diuq; uolutavi optime ac maxie princeps Iuli Medices, quis nā in hoc dialiū flaminū augustissimo Senatu maioribus ingenii, nobilioribusq; animi dotibus eoruscaret, quo auspice p̄dired olim semilacer, nūc labore nostro rediuuus Flaccus expeditionis argonautica; suauius modulator. Nouimus enim auctori et auctoris interpreti multū dignitatis adcrecere, si uterq; secunda principis usus aura honori suo uelificauerit: Siquidem sacra sunt, qua; sacris adharēt, impietateq; mancipiū statua principis expiatur. In hoc animi salo posito tu statim occurristi: animūq; labantē fulsit maiorum tuorum in te repullulans unica uerā gloria; ppages, qui in Etruria, cuius habenas felicissime moderabant, prope soli musas obuū ulnis exceperūt, desertas uagas, omnium egenas sine spe: sine sede, sine cōpite. Cosmus Medices, quē honoris et amoris gratia non sine uerabili suspitio nominauimus, primus musis sinus benignos aperuit, neminemq; in quacūq; disciplina celebrem inhonoratum, in donatum, ingloriumq; dimisit. Nec erubuit cōlestis animus eū, a quo saepe lacesitus fuerat, et ore improbo praestricus, oratorem non omnino malū, caesarea clemētia delenire, subleuare, in sensus animi penitissimos admittere, sciens uerum deorum cultorē, etiam sacerdotem uenerari. Laurētius quoq; Medices patruus tuus felicissimae uir memoriae, cui musae cōcordes laurēā parnasiā contexuerūt, quid nō tentauit, quid non fecit? quid nō perfecit? ut uates, curam priorem, deliciasq; suas, beatissimos uideret? In cuius apollinea lauro nidulatus est phœnix unicus tui nostri Picus Mirandula, longe septem praecis sapiētib; eloquentior, clarior, sanctior, et in omni uitae doctrinaq; genere tersior. Omitto Ficinū diuini Platonis animā, Politianum graece latineq; politissimū, et alios innumeros, quos referre impraesentiarum opera nō est pretiū. Hic heros ingenio, prudentia, mentis acumine, animi praesentia, liberalitate, literata, qualis in occupatissimo principe esse potuit, caeterisq; animi bonis, excellentiā omnium memoriarum excessit patronus poetarum peculiaris, et praesidiū unicū. Pater pacis et Auloniae quietis, cuius fama his terminis, quibus hic terrestris gloriab; terminabat. Felix dum uiuit, ab obitu felicior Leone Decimo Pontifice Ma-